

A narrante nobis Marchione, paulo ante venerat. Intrauerant enim Hæretici territorium idem cum tanta potentia, cui nullus resistere ualuit; & oppidum prædictum statim obtinuerunt. Fugerant igitur de omnibus locis adjacentibus, & de ipso oppido ad castrum gratia prædii, Monachi & Clerici, Moniales & Judei, & vulgus magnus. Interea armigeri, qui erant in castris, diebus certo tempore castrum exeuntes, cum balistis & bombardis manualibus per decliuum montis descendebant supra oppidum, in perfidos iacula pro posse iacentes, & vice reciproca idem ab hæreticis expectantes. Quadam autem die cum nostri more solito a castris descendebant, inter se Iudeum quendam habuerunt in manualibus bombardis fati tritum. Videntes hæretici nostros, statim ad Ecclesiam oppidi cucurrerunt, imaginem Christi de monte Oliveti, qui ibi effigatus erat in lapideis, vel coctis lateribus, de Ecclesia ad plateam, ut nostri conspicerent injuriam, traxerunt: videntibus nostris, quid maligni novum præterderent, viderunt quod imaginem Salvatoris manibus protensis orantem quidam perfidus accessit propius, & educto gladio clamavit alta voce ad nostros derisorie: Ecce, inquit, Deus vester, si placet liberet se. Et ita illico imagini caput obrucavit. Quo viso Iudeus bombardam suam ad iactum disposuit, & ad Christianos ait: Quamquam alterius fidei à vobis, tamen pro posse siem vestram defendam. Ignem igitur machinæ immisit, & primo iactu turrem hæreticam, omnibus mirantibus, Iudeus tetigit, & occidit. *Fr. Ioann. Nyder. Formicar. lib. 3. cap. 12.*

Anno Dom. 1017, in Parasceve post Crucem adoratam usque Sabbatum sanctum, circa vesperam concussa est Roma à vi ventorum, & penè omnes Romani mortui sunt, tam Christiani, quam Judei. Et quidam Iudeus Christianis intinnavit, quod in Parasceve, in Synagoga Iudeorum, imaginem Christi deluserunt, sicut fecerant Domino parentes eorum. Quod Benedictus Papa solentè inquirens, & probans mox Iudeos, qui hoc egerant, iusti decollari: quibus decollatis, cessaverunt veni. *Ex Glabro, Baron. tom. 11. an. Dom. 1217. num. 6.*

THEODORA Imperatrix Theophili Imperatoris defuncti vidua, Joannem, vel, ut alii, Jannem Patriarcham eo nomine indignum, Iconoclastam, Pontificia sede, quam per Cæxennium nefarie tenuerat, detraxit, in ejusque locum introduxit sacrum & divinum Methodium. Quo populum Orthodoxum gubernante, de Iconoclastarum secta inquisitio facta est, & sacra effigies palam & restituta & adorata. Joannes vero ita ejectus, & in monasterium quoddam relegatus, cum ille Christi imaginem, & ejus, quæ illum sine semine peperit, reperisset, oculos sacrum imaginum effudit. Quo Imperatrix cognito, sancto zelo incitata, impio homini oculos erui iussit; sed mandatum ejus non est peractum; iusta illius ira à nonnullis mitigata; nihilominus tamen flagris cædi iussit, plagis ducentis illatis. *Zonaras to. 3. Annal.*

Vir quidam, qui suo ipse nomini peperit, cum aleis luderet, & summam pecuniam magnam perderet, accensus ira, ac diabolico furore correptus, in Lauretanam Virginem, ejusque filium, cujus tunc imaginem habebat, deiecit, cumque pueri Jesu supremum labium evaginatum ac stricto ense commegisset, non multo post ejus uxor filium peperit. Ne verò miser homo Deum sui facinoris immemorem cogitaret, vindex Deipara, quæ imaginem filii sui supremo labio contractum sciebat, effecit, ut natus puer inciso etiam labio in partu peccati vindictam, in omnium oculis appareret. Obstupuit pater, eumque non modo viso miraculo penituit, sed Lauretanæ Virginis ædem petens, apposito miraculo filii sui in tabella peregrinus abscessit. *Rut. l. Benzom. Episc. Lawet. lib. 1. di. scur. 1. q. 2.*

Anno Domini 1559, mense Martio quiddam prodigiosum, quod ad hanc rem attinet, accidit in ea regione Angliæ, quam veteres Cambriam, hodie Vvalliam vocant. Annosa quædam fraxinus vi tempestatis dejecit, trunco ad septem pedes è terra extante. Is verò cum media fui parte eo ventorum turbine dissectus esset, in ejus parte anteriori Crucis admiranda effigies humano pede longior, colore nucis avellanæ apparuit. Ager, in quo ea arbor fracta est, hominis fuit non vulgaris, sed torquati equitis: Et quod majori quoque admiratione dignum est, ea arboris pars, quam ventorum impetus, à trunco avulsam humi staterat, eandem omnino Crucis figuram referebat. Et ut ad plurimum notitiam rei stupendæ miraculum perferretur, aliquot annis in arboris trunco Crux illa

perduravit, non sine stupore eam ad spectantibus hominibus, & qui frequenter eò confuebant rei novitate permoti. Porro qui commode eò accedere nequibant, precibus ab aliis contenderunt, ut Crucis effigies ad vivum pictoris manu & arte expressa, ipsis visenda deferretur. Quod etiam factum est: itaque adeo, ut in exteris quoque regiones multa ejus exempla pervenerint. Successerat jam in Regno Angliæ Mariæ Regine piissima: Elisabetha, quæ religionem mutavit, permittente Calvinistas & Zuinglianos illic nificare, imò & primas obtinere. Ea vero hominum fex ubique demolitur statuas & imagines, & nec ipsius Christi figuram & effigiem pati potest. Voluit autem præpotens Deus illos Antichristi satellites, hoc stupendo Crucis in arbore existentis prodigio admonere, ut ab impetrate sua matre animum revocarent, desinerentque persequi Crucem illius, quæ idcirco variis modis figuratur & exprimitur, ut apud homines perpes sit memoria ineffabilis illius charitatis, quæ filium Dei compulso ob nostra expianda peccata ad tam immane & ignominiosum usque supplicium se dejicere & offerre. Ipsa quidem Regina Elisabetha, licet admodum moleste id ferentibus novi Evangelii in Angliā buccinatoribus, fertur in Basilica aulae vix Christi Crucem erectam retinere, nec aquis auribus ferre concionatores in eam imple debacchantes. Et quid tandem aliud est ita passim dejicere & profligare sacras illas Christi crucifixi imagines, nisi ab hominum memoria penitus tollere omnem memoriam ineffabilis erga nos amoris & benevolentia illius, quæ redempti sumus. Scivimus porro esse immaniter in Angliā in statuas & imagines, & è templis ita exturbate sunt, ac si nihil ab Ethnicorum simulacris distarent. Nec tamen satis fuit impiis hominibus eas è templis exegisse, sed in campum raptas pro scopulo collocaverunt, ad quem sagittas & jacula contorquebant. Sed neque hic impietas lestem potuit: Nam in urbibus celebrioribus non Divorum modò, sed Christi ipsius etiam imagines in ignem commisit ludus fuit. *Laurent. Sur. in Chron. ad annum Dom. 1559.*

DESÆVIENTIUM IN IMAGINES DEIPARÆ POENA.

Fuit vir Cyprius in urbe Constantia armentarius, qui orandi causam in Virginis Deiparæ facellum concessit: atque cum inter orandum suspiceret imaginem Virginis ex coloribus in parietibus expressam, indignabundus dixit, Quorūm hæc statinque simulgo, quo boves agebat, sublato, eadem imagini Virginis dextrum oculum effudit. Egredis verò, dum forte pecus ad maturandum iter pungit, ecce stimulus confringitur, & ea pars, cui ferrum erat affixum, in dextrum hominis oculum recta involat, ac miserum oculum privat. *Narrat hoc Constantinus sanctissimus Cypri Episcopus coram toto concilio Patrum, verbisque disertis adjungi tunc ego Constantinus virum vidi, unoculum etiammodum ex hac causa esse cognosco. Constant. Cypri. Episc. in Conc. Nic. Actio. 4. & Petr. Canis. lib. 5. de Desip. Virg. can. 22. Alan. Copus lib. 4. dialog. c. 15.*

Anno Domini 1346. Tervanum captam Angli diripiunt, direptamque incendunt. Templum quoque dispoliari ceperunt, sed cum Anglus quidam iactu sagittæ coronam Deiparæ imaginis, quæ sublimi quodam stetit pegmate, id est sustentaculo seu pedaneo, conatur dejicere, factus arcus circumstantes graviter fragmentis suis vulneravit. Tum paritum templo, creditumque divinitus direptionem prohiberi. Religiosè supplicatum, ac dona ab Anglis are Virginis collocata. *H. Meyer. lib. 13. Annal. Flandr. ad an. 1346.*

Anno Dom. 1325. Iudeus quidam in Hannonia baptisum suscipiens, à Villielmo Comite Hollandiæ, Hannoniæque de sacro fonte levatus est. Qui transiens, & conversans inter Christianos, devotum se fingebat malitia Judaica repletus. Nam vice quadam transiens in Ecclesia cujusdam monasterii solus imaginem beatæ Mariæ semper Virginis pulcherrimè depictam indignus conspexit. Qui veteri mox odio, innatoque furore repletus, pugione extraxit, prorumpensque in verba blasphemica contra sacram Dei genitricem, nitidam imaginis faciem conspiciens turpiter vulneravit: & ecce, confestim sanguis ab imagine vulnerata copiosus erumpens circumfluere cepit. Quod cernens infelix, de Ecclesia laterem aufugit. Sanguis autem à fidelibus reservatus, multis agritudinibus medela fuit. Verum posteaquam tanti sceleris auctor aliquandiu latuisset, nec citri è quoquam potuisset, beatissima Dei genitrix, semperque intacta Virgo Maria quidam sacro ferario in somnis apparet, quasi vulneribus confosa, auctorem ei

A ei sceleris ostendit, & eum ad duellum pro veritatis declaratione contra perfidum animavit. Venit ad Judicem faber, sceleris accusat Iudeum: ubi cum testimonia probationis obiecti criminis sufficienter non adessent, duelli conditio à Christiano petitur & conceditur. Inito certamine duelli, à sanctissima Dei genitrice aditus vicit perfidum fidelis, impium justus, Iudeum Christianum. Superatum se cernens blasphemus, veritatem aperuit, sceleris sui immanitatem, & quod ex animo nunquam fuerit Christianus, publicè confessus est. Quibus auditis prædictus Comitis, laqueo illum suspendi fecit. *Joan. Tritem. in Chron. monast. Hirfang. ann. Dom. 1325.*

CONSTANTINUS quidam strator Attabaldis, videns imaginem Dei genitricis stantem, apprehensus lapidem adversus eam projecit, & contrivit: & cum cecidisset, calcavit. Et vidit in somnis stantem sibi Dominam nostram, & dicentem; Nosti, quom forem causam in me operatus fueris: verum contra caput tuum fecisti. Postea verò dum Saraceni adversus murum congressionem facerent, & agerent bellum, currens ad murum ut fortis miles infelix ille, dejecit à lapide transfusus ex Mangone: contrivit et caput ejus & facies, ac sic ipse dignam impietatis suæ retributionem percipit. *Eutropius lib. 21. verum Romanorum, ann. 727.*

In Castro Drepanensi quidam taxillorum lusu omnem rem suam perdidit, tanto animi sui dolore, ut pariter à fide ad desperationem deficeret: & ecce venit ad locum, ubi erant imagines beatæ Virginis, & sancti Alberti: eas intuens, dicit ad imaginem sancti Alberti. Toties invocavi te, & non me audisti in necessitatibus meis. Quid igitur cause est, ut te sanctum pedicem, cum nulla ratione me potueris juvare? Absit, ut posthac te pro sancto habeam. Tu quoque Maria, quæ Mater gratiæ diceris, pius aures tuas oclulisti ad preces meas. In deo arcepto gladio utranque imaginem secat, & confestim ex ambabus distillat sanguis multus in terram. Vidit quidam puer, sublataque voce clamat in facilem. Ille audito clamore exit è templo: sed repente horrendo existente tonitru, fulminis ictu totus in pulverem ad fores Ecclesiæ redigitur. *Ex vita S. Alberti Carmelit. Ioann. Maria Politian. Sur. 7. August. c. 24. tom. 4.*

In urbe Constantinopolitana Iudeus quidam imaginem Causæ Mariæ Virginis in tabula brevis figuratam, & parieti cuiusdam domus affixam conspiciens, interrogavit, cujus esset figura? audientique, quod esset beatæ Mariæ Virginis, iratus valde tulit ipsam de pariete, & ad vicinam currens domum, ubi humana fercora egeri solent, illic eam projecit; statinque digna & ignominiosa morte consumptus, postea nulquam comparuit; demonibus scilicet mancipatus, ut creditur, maligni viri spiritus, hominum substractus est ad spectibus. Quidam autem Christianorum imaginem sanctam requirens, inter fordes absconditam reperit, sublevansque, & diligenter eam abstergens, ac lavans, secum honorificè in domo collocatam habuit, & ad honorem Dei genitricis ex eadem tabella, in qua sancta imago depicta erat, oleum ebulliens distillare cepit. Utque hodie verò miraculum perleverat. *Petr. Comestor. tract. de laudib. Virgin. cap. 137.*

MICHAEL RANGABUS à Patriarcha Nicephoro Imperatorio diademate ornatus, cum multi insaniam contra venerabiles imagines tenovare studeant, quibusdam comprehensis, & medicocriter multatis, cæteros à simili conatu deterruit; & monacho cuidam, qui ostendenda forsitan religionis ergo, Deiparæ imaginem traserat, linguam præcidit. *Ioannes Zonaras tom. Annal. Constantinopol.*

Anno Dom. 1536. Senatus Augustus Vindelicorum, infligantibus novæ doctrine præconibus, universo urbis Clero mandavit, ut ante solis occasum urbe excederent. Eadem igitur die circa horam undecimam reverendus & nobilis vir Dominus Philippus N. Decanus Ecclesiæ Cathedralis templum idem, cui præerat, ingreditur, visurus, quid rerum in eo molirentur. Cùmque altaria omnia illa videret, statuas quoque illas & violatas in unum locum congestas, tandem videt quendam divæ Virginis Matris statuum, pallio cereuleo cooperatam, ac juxta chorum ad parietem ejectam, invadere & confringere conantem. Quem cum increpasset, illeque aliò se properaret, mox furis Parthenomachus ille, & cæstro corripitur; interrogatusque, quid sibi accidisset, hoc solum respondit; Muller cereuleo pallio vestita, me insecuta, manu me pupiguit: ac tandem, durante infania mentis impotentia & furore, extinctus est. *Bredemb. lib. 3. collat. sacri. c. 20. ann. 1536.*

His accessit aliud miraculum mirabilissimum, multoque magis est stupendum, quod accidit Burburgi 26. Septembris, ann. Dom. 1383. Quo tempore Carolus Francorum Rex eam urbem ab Anglis captam recepit, ac Principi suo restituit; pugna prius in agro Rosebecano acerrimè commissa est: ibi in majore Ecclesia imago quadam ex ligno fabricata ad honorem & venerationem beatæ Mariæ Virginis in puerperio decumbentis, ipso aspectu venerabilis, & nescio quid gratiæ præ se ferens. Ad eam ex Regis militibus unus Brito natione, spe prædæ accedit, ratus auream esse imaginem, quam bracteis quibusdam incrustatam videbat, pugione exenit, & illam magno impetu veluti carnem transtulerat. Mirabile visum. Illa accepto vulnere, roseo cruore perfusa est, totaque commaduit: nec aliter sanguinis guttae ex ligno dimanare visæ sunt, quam ex corpore humano plagis affecto. Dum hoc crudele facinus in templo peragitur, muliercula quadam pia ac Deo devota, Mariæque cultui multum addicta, quæ exemplo Annæ filiae Phanuel, nocte sepè & die in templo verfabatur, fortè supervenit ad sacellum B. Mariæ, ut pro more orationem faceret; ubi imaginem Virginis puerperæ sanguinem perfusam conspiciens obstupuit. Accessit propius, & pectus seu lineum capitis sui detrahens, eo vulnus extertit: nec illud ita extergere potuit, quin cruoris vestigia usque in hodiernum diem vulnere adhærere videantur. Muliercula verò lineum lavatura domum adit; at quantuncunque lavit, cruorem è lineo eluere non potuit: citius ac facilis Æthiopem, quam lineum dealbasset. Illud etiam in thesauro Ecclesiæ inter sacras reliquias conservatur & honoratur. Impius verò parricida, ut primum statuas vulnus pugione inculsit, in humum furibundus deorsum cecidit, & crepuit, hoc est, factis suis dignam mercedem accepit. Cadaver ejus mox templo extractum est, & in medio foro, ut à canibus discerperetur, positum est. At illi, præter naturæ suæ instinctum, intactum reliquerunt, tanquam indignum, quod dilaceraretur iporum unguis aut dentibus. Prædictam cadaver manum, qua tantum facinus perpetratum fuerat, semper prorectam habebat, & quomodocunque illa vesperi, vel sero, vel seroere, vel terra tegeretur, mane discooperata videbatur. Non poterat frangi, neque à canibus vorari, & hoc in testimonium perpetrati sceleris. Ubi duos tredecim dies omnium oculis expositum in foro jaccisset: tandem ad equinam caudam alligatum, extra urbis moenia extrahendum est, & in veterem cisternam projectum, quæ adiacet horro, qui tunc pertinebat ad Sodalitatem sive ad Confratres S. Georgii, nunc verò ad Mathæum Bers ceterosque, civem Burburgensem. Ferunt illud usque obrutum, sed manum, qua scelus perpetraverat, semper exruisse, & omnibus spe standam præbuisse; & tempore hyberno in glaciem minimè coaluisse, sed vaporis ejusmodi sumum continuo exhalasse. Tandem cisterna ita sensim fuit ruderibus oppleta, ut nulla ejus cernantur modò vestigia. *Ex archiepis Eccl. Burburg.*

In monasterio montis sancti Ruperti, ubi requiescit corpus sanctæ Hildegardis, propè civitatem Bingam, inita Moguntiam, contigit anno Dom. 1302. quendam militem animo sacrilego in templum irruere: cumque apud altare quoddam imaginem Virginis Deiparæ depictam videret, quæ in pectore quinque gemmis crystallinis decorata erat, proripuit ad imaginem, & gemmas quatuor scalpendo luxavit, & extraxit. Cùm verò ad quintam simili modo luxandam progrediretur, ecce intemeratæ Virginis castissimus animus, non sustinens hostilem in sacratissimo pectore contrectationem, excanduit, stupendoque prodigio, mox ex quinta gemmæ arcu, qua sacratissimus uberibus inerat, hæc & sanguis profuserunt. Sacrilegus miles, viso prodigio, expalluit, atreptoque pulvere, fluxum sistere conatus est, nec potuit; quin lacteus ille sanguineusque liquor magis magisque profunderet: moxque præ mentis inopia in profuentem Naham procurrit, ac scilicet miser submergit, in Virginem Deiparam impius, in se ipsum crudelissimus. Lacteus ille sanguineusque liquor à sanctimonialibus illius loci collectus, vitroque exceptus, in sacratum diligenter repositus est, ubi etiamnum asservatur, & à multis religiosè vultur. *Ibid. c. 21.*

Circa annum Dom. 1577. cùm passim in toto fere Belgio Iconomachi in templa & imagines levire crepissent, contigit in celebri quodam pago Lokereim appellato quatuor militariibus a Gandavo distito, quendam Deiparæ Virginis statuum invadere ac demoliri: cumque magno labore tandem imaginem luxasset, decedens illa sui ipsius casu vindictam inflixit

A Iconomacho. Nam casus iste imaginis nutu divino sic accidit, ut puellus iste Christus Dominus, quem virgo Mater ulnis gestabat, quantumcumque antea blandulus, nunc ultrici manu (quam arte sculptoris protensam habebat) recta in caput, ipsamque maxillam Iconomachi impingeret, eandemque velut armillam quadam acuta perforaret, sicut de Leviathan apud Job legitur. Job. 40. & Psalmo trigésimo primo: *In campo & freno maxillas eorum confringe, qui non approximant ad te.* Quamquam hic animo prepotenter nimis approximaverit. Historia ab oculatis & fide dignis testibus in confesso honoratorum virorum nobis relata est. *Bredemb. Collat. sac. lib. 3. c. 22. an. Dom. 1577.*

Recurrat Lector ad locum de impietate, Tit. Impii erga Imagines Sanctorum, &c. Vbi multa reperiet ad presentem locum illustrandum satis opportuna. Nonnulla etiam presentis loco a nobis adducta ibi reperitur, quae quia alios Authores, & paululum diversam narrationem, in principaliore tamen sine & intentione coincidentem habent, non judicavimus omitterenda. Videat etiam locum de S. Maria Virg. Tituli B. particulari.

POENÆ VIOLANTIAM IMAGINES ALIORUM SANCTORUM.

Anno Domini 1333. Carolus Francorum Rex, cum in agro Rosobecano Flandro devicisset, & Burburgi Anglos expugnasset, contra edictum Principum aliquot scelerati Milites Britones non contenti sua forte, profanas edes devastando, in templum sanctum Dei, quod divo Joanni Baptistae dicatum est, irruerunt, impetumque fecerunt non sine magno suo incommodo: quidam enim ex illis, cujus nomen relatu indignum est, avartitæ vitio oculum mentis gerens excæcatum, ad gazophylacium, quem truncum templi nostrates vocant, devenerit, & ratus ingentem thesaurum in illo contineri, bipenni id est, halabarga, aut alio quopiam baculo militari, in partes comminuit. Impos voti factus confectum in terram, concidit, & tanquam à demonio obsecus, alienata mente terribiliter vociferabatur, caput pavimento aliebat, labra mordedit, dentibus stridebat, calcitrabat, spumabat, dixisset canem vel rabiebat, nec inveniebat; tandem prope baptisterium in pavimento lapsus crepit mediis, & dispersa sunt omnia viscera ejus. Mirabilis Deus in excelsis, faciens prodigia in cælo & in terra; qui ut malos male perdit, ita bonos bene remunerat. Alii tres non paulo inhumaniores, nefarii homines, ruptis templi cancellis irruunt in chorum, ac ibidem vasa statua seu imagine S. Joannis Baptistæ in summo altari posita, quæ ex auro facta videbatur, ad illam diripiendam appulsi sunt. Et quidam eorum autu temerario, nec judicium Dei habens præ oculis, in altare ascendit, & impurissimos pedes ponens in loco sanctificationis, statuum illam de suo tabernaculo deducit in terram. Inibi orta est contentio inter eos, cujus eorum futura esset statua: unusquisque enim habere volebat, & qui que suam esse assererat, cum revera nullius propria esset. Dum autem lis in longum protelatur, & inter se invicem tumultuantur, ecce repente permisso divino factum est, ut statua viva sit pristinum suum locum occupare. Mox unus ex illis, qui videri voluit cæteris duobus audacior, & nequitæ caput, haud terre factus tanto miraculo, immemor mirabilem operum Dei, consensu altari venerabilem statuum iterum volens deducere in terram, ut eam sibi vendicaret, factus in agonia, toto corpore tremuit, & tanquam glacies obruit. Denique miserabiliter ante ipsam altare interit, & animam infelix afflavit. Gloriosus Deus in Sanctis suis, & mirabilis in majestate & factis suis. *Ex Archiepiscopi Burburgensi. Eccl. & ipsa vulgi traditio.*

Cum fuisse, vel hominem demoniacum; dixisset canem vel rabiebat, nec inveniebat; tandem prope baptisterium in pavimento lapsus crepit mediis, & dispersa sunt omnia viscera ejus. Mirabilis Deus in excelsis, faciens prodigia in cælo & in terra; qui ut malos male perdit, ita bonos bene remunerat. Alii tres non paulo inhumaniores, nefarii homines, ruptis templi cancellis irruunt in chorum, ac ibidem vasa statua seu imagine S. Joannis Baptistæ in summo altari posita, quæ ex auro facta videbatur, ad illam diripiendam appulsi sunt. Et quidam eorum autu temerario, nec judicium Dei habens præ oculis, in altare ascendit, & impurissimos pedes ponens in loco sanctificationis, statuum illam de suo tabernaculo deducit in terram. Inibi orta est contentio inter eos, cujus eorum futura esset statua: unusquisque enim habere volebat, & qui que suam esse assererat, cum revera nullius propria esset. Dum autem lis in longum protelatur, & inter se invicem tumultuantur, ecce repente permisso divino factum est, ut statua viva sit pristinum suum locum occupare. Mox unus ex illis, qui videri voluit cæteris duobus audacior, & nequitæ caput, haud terre factus tanto miraculo, immemor mirabilem operum Dei, consensu altari venerabilem statuum iterum volens deducere in terram, ut eam sibi vendicaret, factus in agonia, toto corpore tremuit, & tanquam glacies obruit. Denique miserabiliter ante ipsam altare interit, & animam infelix afflavit. Gloriosus Deus in Sanctis suis, & mirabilis in majestate & factis suis. *Ex Archiepiscopi Burburgensi. Eccl. & ipsa vulgi traditio.*

D CONSTANTINUS CONSTANTIE Cypri sanctissimus Episcopus præfens venerandæ Synodo Constantiensis narravit, quandam apud Carium, dum clavum in parietem immitteret, frontem imaginis divi Petri in eodem pariete depicti transfodisse, statimque quasi non imaginem, sed suæ fronti clavum illum impigisset, caput frontemque hominis intolerabilem dolorem cruciastit: nec prius eum depulisse, quam clavum illum eximisset. Adhuc ipsius Citi Episcopus, qui coram Synodo hujus narrationis veritatem jurjurando persanctè contestatus est. *Alanus Cop. Dial. 4. com. oppus. Imag. c. 15. ex 6. Syn. Constantiensis.*

In ruinis, ubi fuit aliquando Conventus sancti Francisci Carcaffonæ, ex præcipuis Provinciæ Narbonensis, erectum videtur facellum, & Crux lapidea auro & vario colore insi-

gnis, cum imagine Mariæ Magdalene ad pedes Crucifixi, tanquam typos penitentiae. Ad hanc crucem accessit in secundis tumulibus Hæreticus quidam volens illam ad terram decedere, (quia scandalum illi erat) injectoque laqueo ad collum imaginis beate Magdalene, multum laboravit, ut desideria pro sui cacodamoni voto perficeret, ratur habens illam imaginem non esse tanto fortitudinis, ut possit vi à se intentata resistere. Sed Dominus Deus non permisit inultam manere hominis flagitiosi temeritatem: scilicet immisit subditi spiritum vertiginis, & relicto laqueo appenso in collo dictæ imaginis aufugit. Quod ubi retatum fuit Episcopo, & Christiano populo, solemnii supplicatione indicta nedum civitati, verum & locis vicinis, ad præfatam crucem cum maxima pompa iur. Antistes scalam jubet erigi, per quam ascendit, & laqueum collo imaginis amovit, non sine flentu & ejulatu omnium, & postulatione venie pro tanto reatu commisso. *Franc. Gonzaga de Ord. Seraph. Rol. 3. p. Provinc. S. Ludovici convent. 8. S. Clara.*

Quatuor millibus passuum Damasci distat locus, qui Canafas dicitur; ubi templum sancti Theodori est. In hoc templum ingressi Saraceni, dum Syriam depopularentur, omnibus illud foribus & immunditiis ex feminarum & puerorum, atque animalium rationis expertium commixtione foedaverunt. Quadam igitur die, dum plures illorum confederent, & colloquerentur, unus illorum sagittam in sancti Theodori contorsit imaginem, & dextrum ipsius humerum vulneravit, statimque sanguis effluxit, id ad extremam imaginis usque partem descendit, omnibus id quod factum fuerat, sagittamque in sancti humero defixam, & sanguinem emanantem contuentibus. Quo tamen tam admirabili signo perfecto non respuerunt: nec eum, qui sagittam ejaculatus fuerat, penituit, nec quicumque eorum commotus est: non recesserunt de templo, nec illud commaculare desisterunt. Attamen extremo sunt affecti supplicio. Cum enim viginti essent eorum familie, qui in templo commorabantur, intra paucos dies omnes acerbo morbo delesi tunc, cum in eo loco nemo ipsorum diebus illis interierit, exceptis his qui in templo fuerant commorati. Hæc igitur imago sagitta percussa adhuc superest, sagittæ vulnus habet & vesigiis sanguinis. Multi autem eorum, qui rem viderunt, & eo tempore fuerunt, quo res hæc admittenda contigit, adhuc vivunt. Et ego ejus imaginem vidi, & quod vidi, monumentis mandavi. *Joann. Damasc. de Imag. lib. 3. Baron. tom. 6. ann. Dom. 509. 9.*

Contigit Joann. Damascenus) virum quandam negotiatorem civitatis Antiochie, periculoso angoe animi detineri, id procurante maligno demone; diuque ita anxietate urgetur, ut in confessione anhelii spiritus penè illum suffocaret. Hic cum sanctum Simeonem adisset, efflette ejus deprecatione consecutus sanitate, ita ut nullum videretur eæternis passus malum, in suam domum regressus, pro gratiarum actione erexit sancto illi imaginem in publico & conspectu omnibus civitatis loco, supra fores officinæ suæ. Eam verò cum perpexissent infidelium quidam tanto honore & gloria illustrari, unâ cum luminatibus & descriptione astrotium ipsam ambientium, impieci zelo, homines sui similes, nempe turbulentes, & in composita vita conciverunt ad seditionem coitionem, sic ut numerosa multitudo conveniret, & obstrepentes voces ediderit, clamando: Tolle via, qui hoc fecit, ac deurbetur imago: Dei autem dispensatione contigit, tunc virum non potuisse in sua deprehendi domo: prius enim magno tenebantur studio, ut eum male mulerent, & occiderent, alia alia vociferantibus. Istorum nequitia multa, & nimis quam magna in conspectu Dei apparuit, invidia insuper præter omnem modum, per quem demoniaco spiritu obsessi in hoc conspirant, arbitrati se occasionem invenisse concitandæ seditionis, & contumelias conlectandi sanctum, quod is sæpenumero coarguisset perfidiam, & ipsorum errorem, qui gentiliū superstitionem sectabantur. Tantum igitur insaniæ pondus cum ferre non possent, uni cuiusdam militum hanc provinciam delegarunt, ut consensu gradibus deurbaret imaginem. Ille cum ascendisset, manuque expandisset, ut demandatum exeret opus, ex alto in imam delapsus terram, momento est medius perruptus, & in turba non mediocri exortus est tumultus: & nihilominus recensentis animis adjecerunt, ut & alterum eò adigerent. Et ille quidem exportectis manibus, ut imaginem detraheret, in terram pariter delapsus, perfractus est. Hoc edito exemplo terrore percussi omnes ceperunt sibi imprimere sanctæ Crucis signaculum: cumque perfracti illi vehementiore insani fure-

rent, adjecerunt, ut & tertium ad hoc opus adigerent. Et hic, ut manus extendit primùm ad deiciendam imaginem, confusimiliter perruptus concidit in terram. Tunc timor magnus invasit omnes, qui fideles circumfiterant, & antonici super cecitate ac temerario ausu periculum & impiorum, adorata imagine, cum supplici deprecatione illinc abierunt. *Joann. Damasc. lib. 3. de imag. ex Arcadio Archiepisc. Cypri. c. 4.*

Publico multorum sermone, editique scriptis constat, atque etiamnum hodie superstitis sunt viri fide dignissimi, qui nobis retulerunt, eo ipso tempore, cum Geusit in Belgio tumultuarentur, & Guilielmus Comes Montensis, Aurangia Principis Guilielmi Sororius, Monasterium Franciscanorum prope Embricam ab ejusdem Comitibus majoribus (ut fertur) quondam religiose fundatum demoliretur (cujus demolitio nis per menses aliquot successivè durantis postremos actus ego ipsemet vidi) quendam hominem novis dogmatibus dementiarum superveniente, & omnibus jam statuis, imaginibus, & altaribus vastatis & exturbatis, invenisse adhuc residuum ibi statuum divi Antonii. Quam ille protinus proterva manu corripit in terram illidit, pedibusque conculeavit, & qui prius boscumque poterat modis exagitaverit. Evenit autem, ut quæpiam assisteret mulier Catholica; quæ hominem compellens, ait: Quid in te peccavit divus Antonius, quòd statuum ejus tam indignè exagitas? Ille protinus in protervam hanc vocem prorupit: Quid mihi obstitit de sancto Antonio? Si quam ille vim, aut virtutem habet, eam declaret. Nec mora; & vestigio ille in sanctum blasphemus, igne sacro (quem vocant divi Antonii) corripuit, utoque corpore ultulatur, & tandem sacro igne totus, Deo vindicante, excarnificatus, animam turpius exhalat. *Bredemb. Col. sac. lib. 3. c. 27.*

Anno illo Geusitaco 1566. cum per Belgium passim iconoclastæ in venerandas sanctorum imagines decesserent, Bascondaci accidit, quosdam D. Antonii imaginem in frusta concidere, ut incendio vias publicas abolerent. Verum quid accidit? non sane impune tulere impij: & vestigio enim illa petite, quam divi Antonii jam olim appellarent Christiani (quòd illi depellendæ eam apud Deum pii experti sint sæpe patronum) corripuntur, utoque utriusque corpore instar granorum piperis, petiliens ille ignis exullat: domum se recipiunt infelices, quorum plaga socii deterriti, rogam deserunt trepidi. Tam Caroci atque voraci consumebantur missi totum per corpus incendio, ut posttridie impiam efflaret animam, & funesta reliquerit cadavera variorum colorum stigmatibus, cæruleis, prasinis, atris insignita: istud tam cito vicina notum, ut plurimos ejus rei non solum audiverimus concorditer historiam ad vivum depingentes, additis etiam tam sacrilegorum, quam familiarum nominibus: sed publicè etiam vidimus Notarii fide non indigni neque obsecuti testimonium. *VVilhel. Lindan. lib. 2. de sig. dol. c. 1. Item Apologice ad Germanos tom. 3. c. 11. apud Bredemb. ibid. c. 29. T. h. Box. lib. 15. de signis Eccl. c. 12. an. 1566.*

Anno Dom. 1576. 21. Julii, dum Dux Alenfonis frater Regis Franciæ esset in urbe Castillon, & excubiæ pedestrium copiarum in villa; quæ dicitur Souci, à dicta civitate uno plus minus milliaris distante, agerentur, tres milites male feriatu deprehenderunt præ fortibus imaginem beati Antonii in petra erectam; ac post multa scandala, ludibria & diceria in eam congesta, caput quidem imaginis galea, manus verò amarunt hallebardia, talia cum execrandis blasphemis evomentes: Tu, si quid vales, si qua tibi potestas in presentia, dum eam demonstras contra nos, ac te defende. Quo dicto suis armis imaginem impetuit multis ictibus. Quibus non contenti, unus eorum bis, ut etiam de ipsa bombardata imaginem illam oppugnare aggressus. Ac ejus faciem inter mentum & inferius labrum jaculatus globulo tormentato lacerat sacrilegus. At non impune: Nam eodem momento ille impius, magno ejulatu exclamans, horridumque ejulans, Totus, inquit, ardeo, totus comburo; statimque prolabitur mortuus in terram. In ejus facie, eodem loco, ubi imaginem globo volerat, vice reddita ignis scelerum vindex, qui totum deinde eo replebat, velut via facta erumpens, perluxit, cum devorans, etiam cum jam miseram exhalasset animam. Secundus autem non minus sentiens Dei omnipotentis manum, exclamavit quoque, ignis vim se ferre non posse; volensque intestina tormenta pro aqua effugere, in torrentem proximam præcepit insiliat, nec Dei tamen presentiam effugit: Nam statim aquos submersus & suffocatus interit. Porro tertius cernens futurum miserabilem exitum, sui impositus, ac totus exanimis humi affligitur, ac deportatus in proximam domum, totus ferventissimis febribus atque ab, adeoque vio-

lenti, ut miserum de se spectaculum omnibus exhiberet. E Cujus miseria per moti cognati, amici maxime, & commilitones Catholici, ad templum velut ad asylum confugere, Deo Patri, sacerdotè perquisito, sacrificium mediatoris solemniter cantu pro imagine beati Antonii immolare, ac unanimiter carerant proruentes, tam milites, quam dicti loci incolæ, Deum summa animi devotione pro miseri fratris salute precari, postque sacrificium & multas preces afflictum invitere, præmissisque multis aliis orationibus, aquam e benedictam sacerdos aspergebat. E vestigio ille miser ubi redditus, crimen agnovit, Dei misericordiam in clama: ac manus tendens in cælum, humilibus, ac magnis precibus suum errorem professus, se accusans, omnium deprecationes supplex ambit, ut pro ipso Deum clementissimum interpellent. Nec defuit divina misericordia: Nam statim pristinæ valetudini ac menti restituitur, eaque etiamnum hodie fruatur. Hæc veraciter sub oculis plusquam trium millium hominum palam gesta docent, quam reverentiam venerandis Sanctorum imaginibus debeamus; nam est nomen in illis nullum sit, tamen eorum nobis reficitur subinde memoriæ, quos representant, ac gloria Dei in suis sanctis opera colaudanda, eorumque pia patrocinia imploranda, plerisque Christianorum iustitiam. Quin & contumelia illata ipsis, in Dei servos, imò in communem Dominum redunt: Qui hic aliquando etiam si flere videatur, non tamen silebit tempore. *Idem Lindan. ibid. Bredemb. lib. 3. cap. 30. Coll. sac. & Bozjus sup. ann. 1576.*

*** SACRARUM IMAGINUM HONOR ET CULTUS, MAGNO ZELO ASSERTUS, ET DEFENSUS.**

Anno Dom. 730. impius Leo Isauricus, Imperator Orientis, silentium, concionatus ad populum, contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas in tribunali decem & novem cubitorum, advocato quoque Germano sanctissimo Patriarcha, ratus posse illi persuadere, quòd subsciberet contra sanctas iconas. Sed fortis Christi servus nullatenus acquiescens destabili cacodoxia ipsius, cum verbum veritatis rectè dixisset, abrenuntiavit (summo Sacerdotum, tradens pallium, & post multos didalcalicos sermones, dicens: Si ego sum Jonas, mitte me in mare: Absque universali quippe Synodo innovare fidem, impossibile est mihi secundum Apostolicam doctrinam & paternam traditionem, ò Imperator: Et aliens ad locum, qui dicitur Platavium, in patenti domo quieti operam edidit, summo sacerdotio sanctus annis quatuordecim, mensibus quinque, & diebus septem. *Ex Theoph. & Joann. Damasc. lib. de Imag. Baron. tom. 9. ann. Christi 730.*

JOANNES Abbas monasterii Catharorum, sub impio Imperatore Leone Isaurico, pro sanctarum imaginum defensione cum in exilium mitteretur, convocans multos, eosque admonens: Vigilare, inquit, Patres & Fratres, ne à diabolo ad negandam sanctarum imaginum venerationem subripiamini. Ductus autem ad Imperatorem, libera voce impietatem illi exprobrans, justus est in oculis verberari, ac fœcis catenis vinculis exul mittitur ad castrum Pendactylum nomine, ibique ligatis pedibus carcere inclusus, decem & octo menses detentus est. Post hæc in urbem ipsam in conspectu Imperatoris tanquam ad triumphum duxerunt. Denique post multas artum-H nas cum aliis pluribus relegatus in Insulam Aphrosium, exactis illie duobus annis cum dimidio: visione quadam admonitus, cum iis, qui illic cum ipso erant, obitum suum prædixisset, migravit ad Dominum. *Ex Menologio Grecorum Baron. tom. 9. an. 734. 2.*

THEOPHILUS Monachus, cujus natalis dies colitur secunda Octobris in Menologio Basilii Imperatoris, sanctarum imaginum cultor ac defensor acerrimus exiit, atque ob id in exilium missus est, ejuisque ceteram in dicto Menologio ita describitur. Sanctus Pater notus & Christi Confessor Theophilus Monachus, & Deum timens, sub Leonis Isaurici principatu certavit nam conspicuum pervertere scdam, divino motus zelo coram eo stetit, cumque fiducia redarguit, impium vocans, & Antichristi præcursorem, & Orthodocæ negotiorum fidei. Cum igitur illum in terram atque foretorem concitasset: primùm quidem crudeliter vapulari, & missus in carcerem, fœcis cruciati finitur. Carcere educus, rursus Sanctorum adorationem, & cultum justis abnegate imaginum, nec acquiescens, in exilium mittitur: ubi multas passus tentationes, & in com-

A commoda ferens, in omnibus Deum glorificans, & ejus san-
cto gratias agens nomini, ad Christum laetus migravit. Ex
Menologio Græcorum, Baron. tom. 9. an. 735. 2.

THEOPHILUS Imperator, Tyrannus sacris imaginibus infestus
cum properaret pictores omnes perdere; vel, si vivere mal-
lent, jubebat, ut ipsas expentes, tanquam prophana quædam
pedibus in terram projecta conculerent: præter alios compre-
hensus est & Lazarus monachus, qui tunc pingendi arte cele-
bris erat, ac prius ille Theophilus Deo repugnans, obsequiis
ipsum devincere tentavit, sed ubi omni adulatione præstantio-
rem cum vidit, ad infamiam sibi vim convertit, tantique
tormentis ipsum excruciat, ut nec superesse quidem posse
existimaretur: & ita corpore male habentem concludit in car-
cere. Sed postquam illum convalescere audivit, rursusque
imagines depingere, laminas ferreas ignitas ipsius palmis jus-
sit admoveri. Igitur carnes depalcebatur ignis, quoad animo
tandem defectus Athleta jacuit semimortuus. Verum oportebat
divina gratia hunc reservari, ut posteris esset incitamentum.
Quare Tyrannus ut extremum jam spiritare sanctum di-
dicit, Regine precibus ille cum quibusdam aliis, qui sibi ma-
ximè propinqui erant, & carcere liberatur, & in templo Præ-
cursoris, quod ita vocabatur, formidabilis, occultus est,
atque ut sese habebat, plagis male affectus, Præcursoris ex-
pressit imaginem, quæ diu conservata sanat ægrotos. Ex Ioan.
Cypriano à Baron. tom. 9. an. Dom. 832. 5.

Cum Constantinus Coptonymus Imperator, & impiissi-
mus Tyrannus, in Christicolæ, & sacrum cultores imaginum
suam rabiem exerceret, & ante civitatem in Martyris Maman-
tis (quæ dicitur) basilica, suo consueto præfessisset supercilio:
& magnam ex scenica illa specie factum, magnam autem ex af-
ferente illo satellitio gloriam sibi induisset: & nec eos quidem,
qui aderant, solum intueri sustineret: orthodoxos vero torvè
& ferociter adpicere, & nihilo mitius, quam fera agrestis,
in eos ferretur: & alios boum nervis crudelissimè cæderet, alios
autem igni & aliis suppliciis traderet: multorum vero etiam
ipsum oculos & linguam erueret, ut illi quidem aliorum athle-
tarum non adficerent animi magnitudinem, nec hinc tole-
rantiam magnam acciperent solatium: hac autem adempta non
possent alios ad certamen incitare, neque eis veluti manum
præbere per consilium & suasionem: aliis autem simul manus
& pedes auferret, propter vehementiam iræ & acerbiteriam:

sanctus Andreas martyr animo fauciatus, & pro Domino spi-
rans virtutem & animi magnitudinem, cum è medio corde si-
bi esse precatus, & subinde dicitur: Domine serva, Domi-
ne dirige, seipsum in media conjicit pericula, & eorum qui
circumstabant, divisa multitudine, latens eos, qui abigebant,
cum venisset in conspectum Imperatoris: Cur, inquit, o Im-
perator, si Christianus es, hæc mala machinaris adversus Chri-
sti imaginem, ejusque servorum? Ille autem non ferens hanc
loquendi libertatem, & sed spernam contumeliam esse exi-
stimans, loquentem sanctum statim interrumpit, & iis, qui
adstant, jubet eum comprehendere. Ille autem eadem spi-
rantibus manibus in eum irruentes, & alii quidem ejus caput,
alii autem manus apprehendentes, alii verò superiorem ale,
& alii tunicam, per summam contumeliam, ut ei, qui iusserat,
magis gratificarentur, eum humi dejiciunt, qui erat animo
excellent. Tandem post innumera tormentorum atrocissimo-
rum genera ab illo constanti tolerata, cum videret Tyrannus
se illius fidei thesaurum suffurari non posse, jamque esset ani-
mi dubius & perplexus, ed descendit, ut se fateretur super-
pium, nempe ut eum morte deinceps damnaret: & jubet, ut
suisibus alligatis beatis illis pedibus, in solo trahatur per totam
viam publicam: deinde ut cum ductus fuisset ad locum malefi-
corum, ibi jaceretur, qui Eden, qui supernis tabernaculis,
qui erat dignus ipsis cælis. Cum autem martyr curteret hunc
cursum decertationis, & in terra per plenum urbis forum traher-
etur, ut quidam, qui è mari fuerat piscatus pisciculos, & eos
in foro proponebat venales, sedebat autem super cathedram
pestilentia, cum vidisset eum tam turpiter trahi, & quantum
esset causa, accepisset, exiit statim, tanquam à malo aliquo
morsu demone, & cum è propinquo cultum macelli arripuis-
set, eo & pedem sacri martyris amputat, & sistit martyri cur-
sum decertationis, eique sinem imponit certaminis. Nam si-
mul cum pedis amputatione è vita quoque excedit vir genero-
sus, vel potius ad eum currit, & ad eum ascendit, qui posuit
ejus viam nulli representationi affinem, & perdidit pedes ejus
tanquam cervi, & collocavit super excella. Ex Sim. Metaph.
Siv. 17. Obob. c. 6. & sequent.

Memorat S. Paulus Epist. ad Heb. c. 9. Jacob Patriarcham
jamjam moriturum, postquam filius benedixit, adorasse fasti-

gium virgæ Joseph filii sui, dominantis in Ægypto, id est, E
sceptrum ac potestatem illius, idque incurvando & inclinan-
do, prout fieri solet, dum profunda exhibetur reverentia; va-
rias hujus rei causas Interpretes assignant, quæ præsentis loci
non sunt. Cæterum ex hac adoratione scripti Josephi Patres
Nicanæ Concilii II. in epist. Hadriani Papæ ad Constan. &
Irenem, & in L. Leonii, probant adorationem & cultum
imaginum, eumque non in imagine herere, sed ad prototy-
pum suum referri & transire docent. Sicut enim Jacob incur-
vans in scepro Josephi, non ipsum sceptrum, sed Josephum
Principem, cujus symbolum & imago erat sceptrum, adora-
vit: ita cum veneramus imagines, non imagines, sed San-
ctos, quorum sunt imagines, veneramus. Si enim hoc im-
pium esset aut superstitionum, impius & superstitionis fuisset
Jacob, qui sceptrum Josephi adoravit; quod absit. Sicut
enim veneratio sceptri, erat veneratio Josephi; ita veneratio
imaginis, est veneratio Sancti, cujus ea est imago. Adde,
quod Jacob in scepro hoc, non tantum præsentem Josephum,
sed & Christum longè abentem, cuius ea est imago. Adde
facile nasciturum, quasi in imagine sua præsentem, adora-
vit; credebatur namque Christum ex scepro nasciturum in Cha-
naan, ut exponunt Sedulius in locum Pauli allegatum, &
Procopius.

* SUPERSTITIO ET ABUSUS CIRCA
IMAGINUM CULTUM ABOLENDUS.

Cæterum, ait Gregorius decimus in 6. de officio ordinarii,
c. 2. detestabilem abutem horrendam indevotionis illorum, qui
Crucis, Beate Mariæ Virginis, aliorumque Sanctorum imagi-
nes seu statuas irreverenti ausu tractantes, eas in aggravatio-
nem cessationis à divinis, proferunt in terram, & utricus spi-
ritus supponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri de
cætero ditricius prohibemus: statuentes, ut in eos qui contra
fecerint, ultix procedat dura sententia, quæ delinquentes sic
puniat graviter, quod alios à similibus præsumptione compe-
scat.

Sed omnium sceleratissimè peccant malefici, venefici & si-
ge, ad incantationes, veneficia, & alia id genus horrenda,
factis imaginibus abutentes. Sed quæ legalibus canonicisque
pœnis fuerint expianda.

Neque minus peccavit, qui imaginem (quamvis non sac-
ram) carbone in tegula pictam baptizavit, sub nomine puel-
le, quam in sui amorem illicitè volebat. Contra quem scrip-
sit ad Officiale Tornacensem Agidius Carletius Decanus
Cameracensis.

Postremò, sicut Synodus Cameracensis sub Maximiliano
Archiepiscopo primò celebrata, abominandum dicit esse vani-
tatem & superstitionem eorum, qui cerò pollicentur, non ex
hac vita migraturos sine penitentia & sacramentis, qui hunc
illuive ex divis colerint: sic enim vanissimæ superstitionis
arguendum est, si quid tale sacris imaginibus alicubi subscrip-
tum habeatur. Valeant igitur de Christophoro carmina:
Christophore sancte, virtutes sunt tibi tante,
Quis te mane videns, noster tempo videns.
Et,
Christophori sancti speciem quicumque tuetur:
Ista nempe die non morte mala morietur.
Item,
Christophorum videns, postea tutus eas.
Ex Joanne Molano lib. 2. de Imaginibus c. 35.

ITEM IN CIRCUMGESTATIONE
EARUMDEM.

Catholicæ Christi Ecclesiæ legitimam dumtaxat Imagi-
num usum probare, ex Concilii Tridentini saluberrimo super
ea re decreto, colligitur. Impium autem ab usum improbat:
non vanam superstitionem, aut immodicum cultum laudare,
sed corrigere, atque cum D. Augustino, malos incautosque
filios hac in parte vel levissimè peccantes reprehendere &
castigare. Quomodo modum præloca exemplo Reverendissimi
Domini, & Illustris Principes, Maximilianus à Bergis Ar-
chiepiscopus Cameracensis, & Gerardus à Groesbech Episcopus
Leodicensis, Theologorum Lovanien. consilio, peregrina-
tionem illam (& processionem) D. Virginis ad VVAustrum
instaurarunt: superstitionique relictis, legitimo suo usui jam
dudum vindicarunt.

Sic ante multa secula Collyridianas mulieres damnavit Ec-
clesiæ, quæ currum sive sellam quadratam ornantes, expanso
super

Imber.

Vide Pluvia.

Imitatio.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

IMITATIO, Exemplum, *imitatio*, Imitor, *imitator*, Sequor,
alium mihi imitandum propono. *Mit* verbum signi-
ficat, *Achar* adverb. temporis, postea & post. Ex his dua-
bus vocibus Hebræi componunt verbum *Malechata*. I. sequi
tus est, abire post aliquem, imitatus est. Est autem proprie imi-
tari, similitudinem alicujus exprimeret; haberet locum tam
forma corporis quam animi, puta moribus, conversatione,
&c. A voce (*imitus*) deducunt Neoterici, quòd inferiores ordi-
nariè ductum & exemplum sequantur superioris. Melius alii
ab Hebræo *im* locus, aut *im* juxta, propè, qui enim F
alium imitatur, ei proximiari aut associari nititur.

* APOPHTHEGMATA.

PYLADES, Hilam, negligenter saltantem Oedipodem, hac
voce calligavit *εὐθέτως*, id est, tu vides: quum ille Oedipo-
dem jam cæcum exprinere debuisset. *Erasm. lib. 6. Apoph.*
ALEXANDER quum apud Epheum conspectam effigiem sui
corporis ad vivam magna arte expressam admittaretur, quæ
interim forte equus inductus picto in eadem tabula equo hin-
nirer, deceptus imitatione Apelles, Equus (inquit) Rex, mul-
to melius quam pates essent, his essent. Themistocles enim
fugit ad Persas: Pericles mansit Athenis. *Plutarch. in Rom.
Apoph.*

HADRIANUS sophista, in convivio sophistarum, ad quos
adhibitus erat tanquam egregii cujuspiam arcani confors fu-
turus, quum sermo fuisset ortus de characteribus dictionis,
& in quo quisque præcelleret, & quid in quoque potissimum
imitandum esset: At ego, inquit, describam characteres haud
quaquam recentens incivilis, intellectus, membra aut
rhythmos; sed me ipsum mihi imitandum proponens: om-
niumque inventa ex tempore proferens, flexu quodam oratio-
nis ac linguæ permittam hæc omnia. Quid de hoc Hadriani
dicto judicandum sit, viderint Critici, illud fecit, Horatium
non temerè exclamasse, O imitatores servum pecus. Et ho-
die videmus quosdam qui se totos addixerunt exprimendo Ci-
ceroni, frigidus & clumbe evadere. Quòd si quos delectat
illud orationis genus leve & *γλαφυρῶν*: equidem nec oblo cui-
quam, nec invideo. At ipse malum Epicteti rudem & indo-
latam phrasin, sed naturalem, quam Socraticis omni filosofor-
um genere pictam. Hujus Hadriani dictionem Herodes
sophista solebat appellare, *καλὸν μὲν ἀναφύματα*, id
est, colossi magni fragmenta, simul in juvene notans oratio-
nem nondum satis compostam, simul laudans & vocis & ani-
mi magnitudinem. *Verba sunt Erasm. Roterod. lib. 3. Apoph.
ex Philostr. soph.*

IMITATIO,
RESPECTU PERSONARUM.

Qui, Quos imitentur Imitatores.
Homines Dei.

COELESTINUS V. Pontifex a seculo insidens, Christi humilitatem
amulatur. *Vide Tit. Magistratum sacro se abdicare.*

POPULI, POPULARIUM.

Tradunt, Medos multarum rerum auctores Armeniis fuisse,
ac prius etiam Persis, qui in potestate Abi successerunt,
Nam quæ nunc Persica schola dicitur, & equitandi & sagittan-
di studium, & cultus & ornatus, & religiosa à subditis in
Reges veneratio, à Medis profecta est. Idque verum esse vesti-
tus declarat, Nam tiara, & cidaris, & pileus, & manicata tuni-
ca, & anaxyrides in frigidis & borealibus locis, quales sunt
Medi, apta gestamina videntur. In australibus vero nequa-
quam. Perse autem magna ex parte rubrum mare accollunt:
magis enim meridionales sunt, quam Babylonii, vel Suisi. Hi
post subactos Medos quædam sibi vindicaverunt, quæ Medo-
rum erant; & adeò honesti & regii victorum mores vincen-
tibus viti sunt, ut pro nudis ac levibus muliebris gestare, &
velamentis contegi paterentur. Sunt qui dicunt, Medem quæ
ibi imperavit, quemadmodum Jason, vestem hanc prius com-
monstrasse. Nam ea faciem suam occultabat, cum pro Rege
exiret. *Strabo lib. 11.*